Wyszonki Warele Intromissio.

Ministerialis Regni Generalis Providus Albertus Jakubowski habi
tis secum Nobilibus Francisco Dmochowski et Leonardo Zdrojewski
Coram officio praesenti personaliter stans palam publice Recognovit, Quia ipse Con
descendendo ad Bona Wyszonki Warele Feria Quarta post Domini
cam Conductus Paschae proxime praeteritam ibidem Generosum Albertum Fi
lipowicz Wyszenski in omnia et singula Bona mobilia et immo
bilia in bonis Wyszonki Warele consistentia ipsi per Nobilem Laurentium
tium Wyszenski modo donatorio in sorte Baltazarowska Coram actis
hisce inscriptis eorundemque Bonorum cunctis utilitatibus attinentiis
et pertinentiis iuxta latiorem continentiam Inscriptionis ex libera
admissione Recognitis Nemine que alio tam in Bonis quam hic
circa acta impugnante Intromisit innestivit et in pacificam pos
sessionem contulit de quo eam suam Relationem fidelem fecit.

Actum in Curia Regia Branscensi Feria
2da post Dominicam Sanctissimae ac individuae
duae Trinitatis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo Primo.

Niemyje Zalesie Obligatio.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparentes
Nobilis Mathias olim Laurentij Niemyski Et Marina Zempicka consors
ipsius cum eiusdem mariti sui attitutionis coniugalis personaliter assistentia et con
sensu praesentes sani mente et corpore existentes palam publice Recogno
verunt Quia Nobili Iacobo olim Gregorij Niemyski et eius posteris
Bonorum immobilium in haereditate Niemyje Zalesie ... sex sulcos seu
medietatem medij marsi a korpisko ad granicem Zempicka intermedias
sui Recognitis et Rysiewic iacentes cum agris et omnibus ac singulis eo
rundem Bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis
et pertinentiis nullis exceptis in summa Triginta Florenorum Polonicalium hinc
usque ad exemptionem obligavit et inscripsit Ac titulo illi eam ex nunc
per Nobilem et Nobiles duos quorum officiose acceptandam dat et admittit
Pacemque tuitionem et evictionem ab omni impedimento iuridico cavet sub
vadio, simili aliorum Triginta Florenorum Polonicalium in defectu evictionis
seu impeditis possessionis irremissibiliter succumbendo Et Coram officio praesen
ti perempti insertione sine ulla dilatione notione apellatione diffugio
quovis ac exceptione.